

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Ambrosii Calepini Dictionarivm Vndecim Lingvarvm

Calepino, Ambrogio

Basileae, 1616

H ante V

[urn:nbn:de:bsz:31-107476](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-107476)

Silvius, Gentile Holmeis. Sed apud Steph. sine aspiratione legitur...

Holmitum, Vitis Berothia. Gēule Holmeis. Apud Steph. sine aspiratione legitur.

Holinonēs, Vicus Berothia ab Holmo Sisyphi filio, Pausan. lib. 9.

Homeritae, Populi Aethiopum, Steph.

Homerus, n. pen. prod. [O. m. Ger. En. Part. vnder den Griech. Poesien.]

Poetarum omnium praestantissimus, qui fuit ante Romam conditam annis circiter centum sexaginta.

ut Cornelius Nepos in libris Chronicorum tradit. Hic fuit cecus, & ob id Homeri nomen sortitus.

quum prius Melesigenes diceretur, quod ad Meletem fluvium natus esset. Cum autem natus & Iones captus oculis iacebat appellatur, quod homeris id est, inieris ductibus, egeant.

Hinc Caecilius Meconius nuncupatur a Martino lib. 1. de Nupt. Philologia: Caeciliensis Meconii suavia quae senectus. De patria eius nihil certi traditur.

Fecit enim nomina eius claritas, ut quem vivum, rebusque omnibus egerem, nemo agnovit, nunc multae Graeciae urbes cerantur sibi vindicant, adeo ut quibus potissimum credere debeamus, non facile sit discernere.

Quod etiam testatur Cicero pro Arch. Homerum (inquit) Colophonii civem esse dicunt suum. Chii suum vendicant. Salaminii reperunt. Smyrnae vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt: multi alii praeterea pugnant inter se, atque contendunt. Extat ea de re distinctio Graecum apud Gell. lib. 3. cap. 11.

Επι τῶν ἁπάντων πάλαι ἀπὸ τῶν Ὀμηρῶν, Ἰωνῶν, Σαμίων, Χίῶν, Καλαμίων, Ἰωλίων, Ἰωλίων, Ἰωλίων.

Reliqua eius vitam brevitate causa hic praetermittimus: qua quae latius nosse cupit, Herodotum adeat & Plutarchum.

Homerici, Homerica, Homericum, inquit, Quod Homeri est. Quintil. lib. 2: Sic ergo tam eloquentia quam moribus praestantissimus, qui ad Phoenicis Homericum exemplum dicere, ac facere doceat. Iuvenalis:

Tu miser exclamas, ut vincere Stentora possis, Vel potius quantum Gradivus Homericus.

Homeromastix, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Cognomen Zoili cuiusdam, qui eo solum nomine innotuit, quod praestantissimum Poetarum omnium Homerum, libris aduersus eum editis, ausus fuerit insectare: quos libros quum Ptolemaeo Aegypti regi obtulisset, rex tum quidem dissimulata indignatione, quam ex hominis impudentia conceperat, post aliquot dies pecuniae aliquid pretenti, quod inopiam sublevarer: Mium (inquit) te inopia premi, qui multo Homero es doctior, quum ille qui ante annos mille fato fundus est, etiam hodie tot hominum millia pascat. Tandem patricii accusatus, iussu regis in crucem subleatus est. Dicitur Homeromastix quasi Homeri flagellum: mastix enim Graecis idem est quod nobis flagellum. Vnde & Comici verberones: hoc est, verberibus dignos mastigas appellat. Extenditur & latius Homeromastigos appellatio, ut omnibus plane detrahoribus accommodetur, qui insatiabili reprehendendi libidine, optima quaeque lacerauit: quumque Venere ipsam non possint, scandalum eius reprehendant. Plinius in proemio operis, ut obiter caueam istos Homeromastigos: ita enim carptores suos nominat. Ad eundem etiam modum obtreccatores omnes mastiges appellantur, addito nomine eius cui obloquuntur, ut, Virgilium mastix, Virgili reprensor: & Cicero mastix, Ciceronis carptor: quo nomine Laelius Licinius eum librum inscripsit, quem in Ciceroem edidit, teste Gell. lib. 17. cap. 1.

Homeridae, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Familia apud Chios illustis, ut ait Helianicus, quae generis sui originem ad Homerum referebat.

Homole, es, [inquit] Stephano, Mons est Thessaliae, Centaurotorum olim sedes, quemadmodum & Othrys. Virgilius 7. Aeneid. Ceu duo nubigenae quum venere montis ab alio descendunt Centauri, Homolem, Othryoque nivalem Linqueunt.

Homolium, [inquit] Stephano, Magnesia oppidum, cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 9. & Strab. lib. 7.

Homoneia, Vide in APPELL.

Horatius, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Poeta Venusinus, Lyricorum & Satyrorum scriptor, qui anno Imperii Augusti Caesaris XXXIII, aetatis vero suae LXXI, mortuus, Augustum reliquit heredem, maxima pompa apud Mœcenatem in Exquilis sepultus. Quidam hoc nomen ab orando deduci putant: quibus tamen praeter scripturam, primae etiam syllabae quantitas refragatur. Corripit enim hoc nomen primam syllabam. Ovidius: Detrauit nostras numerosus Horatius aures.

Horatius Cocles, Vide COCLES.

Hörödes, sive (ut alii scribunt) Orodus, penultima producta, Rex Parthorum fuit, qui M. Crassum occidit. Vide Plutarchum in Crasso.

Horomafdes, Apud Chaldaeos bonus daemon erat, qui Iupiter putabatur. Siphontinus.

Hortensia, [Ger. En. vnder den Römischen Poesien.] Q Hortensii filia eloquentissima: quae quum matronatum ordo gravi tributo a Triumviris Octavio, M. Antonio & Lepido premeretur, nec virorum quisquam liberius loqui auderet: causam consulenter egit, representataque patris facundia, impetravit ut maior pecuniae pars eis remitteretur. Ejus orationis praecipua capita ab Appiano Alexandrino referuntur.

Hortensius, cui Quinto fuit praenomen. [Ger. En. vnder den Römischen Poesien.] Romanus orator: qui in foro Romano causam rex ob eloquentiam dicitur esse: licet eius scripta non laudata fuerint: melius enim dicebat, quam scribebat. Dictionem enim incedibilem gestus suavitate commendabat. De quo Cicero in Bruto sic refert: Primum memoria tanta, quantum in viro cognovisse me arbitror, ut quae secum commemorata esset, ea sine scripto verbis eisdem redderet quibus cogitasset. De quo etiam fertur, quod sedens olim totum diem in aedificatione, omnes res vanales, & pretia & emptores, ordine suo recensant, argentarius recognoscentibus, ita ut in nullo falleretur.

Hörus, [inquit] Ger. En. vnder den Römischen Poesien.] Idis filius, quem quum illa amisisset, verita ne illi obveniret quod Osiri pati acciderat, multum flevit: sed eo invento, metorem in latitiam convertit. Horus praeterea ab Aegyptiis vocatur Sol: unde & horas dicitur arbitratur Macrobius. Fuit & Horus Aethiopyum rex. Plinius libro 10. capite 13.

Hors, Tuscorum fluvius Ptolemaeo. Maris hodie.

Hosia, Vide in APPELL.

Hosticus, substantivum, Nomen Poetae fuit.

Hostiones, vel Hostini, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Populi juxta Oceanum occidentalem, quos Artemidorus Callinos (alias Cosinos) vocat. Stephan.

Hunn, [inquit] Ger. Die Hunnen haben vortzeiten in dem nördlichen Suetbia in dem Westlichen Meer oder See ihr wohnung gehabt. Pol. Magyaren. Vng. Magyarok.] Populi sunt qui quondam in Scythia Europaea super Maeotum paludem incolere: deinde de maratis sedibus, ingenu multitudine in Pannoniam irruerunt. Hae gens temporibus Valentiani principis duce Attila totam penes Europam pervagata, Galliam, Italiamque, sedibus cladibus affecta: donec Leonis Pontificis precibus victa, rursus se recepit in Pannoniam. Quare credibile est, Hunnos eos esse, qui etiam hodie Pannoniam incolunt, paucis immunitatis literis, Hungari vocati. De his Hieronymus ad Oceanum Ab ultima Maeotide inter glaciam Tanaim, & Massagetarum immanes populos, ubi Caucasi rupibus scias gentes Alexander claudis cohibent, erupisse Hunnorum examina, quae pernicibus equis hoc, illucque volantia, caedis pariter ac terroris cuncta compleverunt.

Hycinthus, & Hyacinthia, Vide in APPELL.

Hyades, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Suidae, stellae septem in capite Tauri, quae quoties nascuntur, vel occidunt, pluvias creant: dicitur Ovid. lib. 3. Fastorum: At simul inducent obscura crepuscula noctem, Pars Hyadum toto de grege nulla later: Quae micant Tauri septem radiata flammis, Navita quas Hyadas Graejae ab imbre vocat. Fabulantur Poetae Hyades Bacchi nutrix esse fuisse, quae & Dodonides nymphae vocatae sunt, a Dodona civitate Epiri: quae quum Iuonem iram viderentur, fugerentque Lycurgi regis servitium, a Iove in caelum translatae. Alii tradunt Aiantem ex Aethra uxore Hyantem filium suscepisse, septemque puellas, quarum haec sunt nomina, Ambrosia, Eudora, Palithue, Coronis, Plexauris, Pytho, & Tyche: quae cum fratrem a Leone devoratum implacabili luctu prosequerentur, dolorisque magnitudine extabescerent, Iovis miseratione inter septem stellas sunt conversae: & ut perpetuum maneret tantae pietatis testimonium, fratris nomine Hyades sunt appellatae. Haec a Laonice vocantur Sucas, ignorantia Graecae linguae, ut Tiro Ciceronis libertus putavit. Nam quum scirent pisci illi linguae Latinae auctores esse a Graecis dici, quas vocamus sucas, putaverunt etiam undae Latinae posse verbi Sucas: tanquam Hyades dicitur undae: hoc est a Sibus, aenon potius dicitur Sibus: hoc est, a pluvendo dicerentur. Sed de Tironis iudicio vide Gell. libro 13. capite 9: Non absurdum tamen videtur, idcirco Sucas a Latinis vocatas esse, quod propter maximas quas affrunt pluvias, Iuto gaudere videantur, quae admodum lues.

Hyx, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Vitis Loctorum Ozolarum, apud Thucydidem libro 3.

Hyana, Vide in APPELL.

Hyancis, [inquit] Ger. En. folomiter vnder den Aschpapper des herudien Polten Homeri.] Meteniaci agri oppidum, unum ex quinque, ut inquit